

Forfatter: Kierkegaard, Søren

Titel: Kirkehistorie, bibelsk eksegese, excerpter fra Schleiermachers dogmatik og fra Baaders spekulative dogmatik m.m. : 1834

Citation: Kierkegaard, Søren: "Kirkehistorie, bibelsk eksegese, excerpter fra Schleiermachers dogmatik og fra Baaders spekulative dogmatik m.m. : 1834", i Kierkegaard, Søren: *Søren Kierkegaards Skrifter, Bd. 27*, udg. af Niels Jørgen Cappelørn; Joakim Garff; Johnny Kondrup; Tonny Aagaard Olesen; Steen Tullberg, Søren Kierkegaard Forskningscenteret 2011 , s. 1v. Onlineudgave fra Søren Kierkegaards Skrifter: <https://tekster.kb.dk/text/sks-p2-txt-shoot-n17.pdf> (tilgået 17. april 2024)

Anvendt udgave: Søren Kierkegaards Skrifter, Bd. 27

Ophavsret: Materialet er dedikeret til public domain. [Læs CC0-erklæringen](#)

P2:17

2 Thess: 2, 1-12.

Opponuntur sibi in omnibus hisce ο ανθρωπος της αμαρτιας, ο αντικειμενος, ο υιος της απωλειας et ab altera parte ο κατεχων.

Omnes fere interpretes antiquiores eccl: protest: explicarunt de pontificibus Romanis et imperatore. Sed obstat, quod Paulus docet prope eminere.

Hugo Grotius explicato απολλυμενος etc de Caligula, ο κατεχων de Vitellio, tum Syriæ et Palæstinæ præfecto, cujus metuit Caligula auctoritatem multitudinemque copiarum. Obstat tempus. Constat enim hanc epistolam scriptam esse post mortem Caligulæ; P: loquitur de tempore futuro. (H: G: ex conjectura statuit epistolam esse scriptam antea).

Bastholm explicat de Nerone, cujus atrocitas cohibebatur per aliquod tempus per Burrhum et Senecam.

Recentiores explicarunt de exitio Hierosolymæ, tum ο απολλ: est gens Israelit:, nominatim Pharisæi Rabbini, vel inprimis gens Flaviana (Titus et Vespasian), ο κατεχων vero Christiani e Judæis, qui pietate sua ad tempus vastationem retardabant. Obstat (1) contextus, qui docet sermonem esse de judicio extremo, de universali omnium rerum commutatione, non de excidio singularum urbium.) NB. Adhibet P: nomina numm: singl: ideo arbitrium est hoc sumere sensu colectivo.

Korpreexpl: ο απολ. de omnibus impiis et ο κατεχων de ipso Apostolo, sed obst: 1) sensus collect: est arbitrarius et 2) articulus ο.

Statuendum est ap: indicasse res privatas Thess:, et verba hæc intelligenda esse de duumviris invicem sibi resistentibus, et forsan ο αντιχ: erat suñæ auctoritatis inter Thess:; ideoque fugit ap: perspicuitatem, ne odium sibi contraheret. –

Sensus sic constituendus erit: Adest inter vos, uti nostis homo nomini Chr: infestissimus, alius adest nominis patronus, quo sublato impius ille demum sua consilia patefaciet. – Sed res privatæ Thess: nobis sunt ignotæ. Neque mirum est, P: de hisce rebus obscurius dixisse, si quidem ipsa verba ostendunt, P: antea de hisce rebus cum illis locutum esse. Hic igitur locus in medio reliquendus est.